calumniatoribus uel furibus uel latronibus obsessus amisit. huiusmodi dam
na leserunt animae uirtutem. sed si uid&ur prius describamus ut proposuimus
quae sit animae uirtus ~~atque~~ ideoque aliquid euidentius possit agnosci coniectu
ram & similitudinem ex corporeis substantiis capiamus. & uideamus prius
uerbi gratia equi quae sit uirtus. numquid nam iudicabitur in argenteis fre
nis pulchrisque tap&ibus ac sericis flammulis falaeris que gemmatis ubi aque
aureis intexta funiculis. equi uirtus & magnificentia iudicare. an in uelo
citate cursus & fortitudine pedum gressusque cautelas pectoribus firmita
tatem cunctisque quae aut conficiendo teneri apta dicuntur. aut proeliis
pagendis ut uel interritus hostem p&at. uel in aduersis pernicitter proprium por
sit extrio liberare sessorem. nonne certum est in his potius equi uirtutem
quam in illis de quibus supradictum est declarari. quid autem & reliquorum
animalium. nonne in eo omnis probitas habebitur. si uel ferre onera fortiter
uel robusta possint mouere ... penta. numquid uolens aliquis probare animal
ad ea respicit ... quae ei supposita uiderit. an ut diximus si membris si pedi
bus si un... gulis ualidum sit inspicit. & item si uineam probare uolu
mus. num ... quam in adhuc inspicimus si laetos habeat pampanos aut fla
gella diffusa. an illud magis aspicimus si densior ei fructus sit & uua fecundior.
Similiter & de oliua atque aliis huiusmodi arboribus contemplamur. Igitur
eodem modo. & iam de hominibus agamus. discutientes quae aut ubi sit uera ho
minis uirtus & tunc eum laedi putemus cum in ipsa fuerit laesus. quae ergo est uirtus
hominis. non sunt diuitiae ne timeas paupertatem. nec sanitas corporis ne
langorem m&uas. nec fama & existimatio humana ne forte ... hominum ma
ledicta perterreant. nec uita haec communis ne fortem & uas mortem. nec
libertas ne seruitutem perhorrescas. sed quae est uirtus animi. recte senti
re de deo & recte inter homines agere. illa enim omnia quae supradiximus
auferri ab homine possunt & iam si nolle&. haec uero si habeat auferre ab eo
nullus omnino nec ipse diabolus potest nisi ipse ea qui possid& prodat. Sciebat
hunc rerum ordinem diabolus & ideo cum expetisset beatum iob omnem sub
stantiam eius perditum dedit. non ut eum pauperem faceret sed ut pro his dolens
impium aliquem sermonem proferr& in dm. propter eademque & omne
corpus eius adflixit. non ut eum facer& aegrum in quo laedebatur sed ut per
egritudinis cruciatum si forte constantia eius fatigari potuiss& animi uir

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0297